

# VELSIGNELSE AF VIN

## Festen for Skt. Johannes, Apostel & Evangelist (27. december)

**Præst:** Adiutorium nostrum in nomine Domini.

**Alle:** Qui fecit cælum et terram.

**Præst:** Dominus vobiscum.

**Alle:** Et cum spiritu tuo.

**Præst:** Oremus.

Benedicere ✠ et consecrare ✠ digneris, Domine Deus, dextera tua hunc calicem vini, et cujuslibet potus: et præsta; ut per merita sancti Ioannis Apostoli et Evangelistæ, omnes in te credentes et de calice isto bibentes benedicantur, et protegantur. Et sicut beatus Ioannes de calice bibens venenum, illæsus omnino permansit, ita omnes, hac die in honorem beati Ioannis de calice isto bibentes, meritis ipsius ab omni ægritudine veneni, et noxiis quibusvis absolvantur, et corpore ac anima se offerentes, ab omni culpa liberentur. Per Christum, Dominum nostrum.

**Alle:** Amen.

**Præst:** Benedic, ✠ Domine, hanc creaturam potus: ut sit remedium salutare omnibus sumentibus: et præsta per invocationem sancti nominis tui; ut, quicumque ex eo gustaverint, tam animæ quam corporis sanitatem te donante percipiant. Per Christum, Dominum nostrum.

**Alle:** Amen.

**Præst:** Et benedictio Dei omnipotentis, Patris, et Filii, ✠ et Spiritus Sancti, descendat super hanc creaturam vini, et cujuslibet potus, et maneat semper.

**Alle:** Amen.

*Vor hjælp er i Herrens navn.*

*Han som skabte himlen og jorden.*

*Herren være med jer.*

*Og med din ånd.*

*Lad os bede.*

*Må det behage dig, Herre Gud, at velsigne ✠ og indvie ✠ dette vinbæger (eller enhver anden drik), ved din højre hånds kraft. Giv, gennem den hellige apostel og evangelist Johannes' fortjenester, at enhver af dine troende som drikker af denne vin, må blive velsignet og bevaret af den. Som den salige Johannes, der forblev uskadt idet han drak den forgiftede drik, må da enhver som i dag drikker den velsignede vin til den salige Johannes' ære ved hans fortjenester blive bevaret for enhver forgiftning og andre skadelige ting, og idet de frembærer deres krop og sjæl for dig, må de da blive løst fra alle deres synder. Ved Kristus, vor Herre.*

*Velsign, ✠ Herre, denne skabnings drik, at den må være helbredende for alle der drikker den, og giv, at enhver som smager den, ved påkaldelsen af dit hellige navn, ved din nåde må helbredes på sjæl og legeme. Ved Kristus, vor Herre.*

*Må den Almægtige Guds velsignelse, Fader, Søn ✠ og Helligånd, komme over denne vinens skabning, og enhver anden drik, og forblive altid.*